Dissertationes medicae.

II.

OBSERVATIO MEDICA

CIRCA

TINEAM CAPITIS

IN ISLANDIA QVONDAM EPIDEMICE GRASSANTEM,

QVAM

SVB MODERAMINE

Viri Amplissimi et Experientissimi

MATTHIAE SAXTORPH,

M. D. et Professoris in Vniversitate Regia, Nosocomii puerperarum ut et Metropolis Obstetricantis ordinarii, ad Nosocomium ciuicum adque institutum pauperum Medici, Regii collegii medici, Regiaeque Scientiarum Societatis Noruegicae Membri, Medicae Hafniensis h. t. Secretarii,

In

SOCIETATE EXERCITATORIA MEDICA

Die Novembr. cIↃIↃccLXXVII,

H. L. Q. S.

Commilitonum examini submittit

JOHANNES SVENDSEN.

HAFNIAE,

Litteris SIMMELKIAERIANIS.

DE

TINEA CAPITIS.

§. I.

VITIVM particulare capitis, ipſius ſuperficiem capillatam cum vlceribus cruſtoſis defaedans, auctoribus dicitur *Tinea*, promiscue quibusdam *Cerea, Fauus*, *Porrigo*, *Achores* ſ. *Lactumina* ſ. *Cruſta lactea.*

HAC praeſertim tamen temporibus, vnde qvoque nomen ducit lactationis, etiam in facie, collo, imo per reliquam corporis cutim tenelli infantes defaedari obſeruantur. Quando autem poſt ablactationem in ſuperficie capillata capitis ſimile vitium (id quod ergo vel de nouo vel ex Achoribus inueteratis

contingit) Tineam ſalutat celeberrimus ETMVLLERVS. vid. eiusdem T. II. pag. 1202.

§. 2.

Hiſtoria.

TINEAM in Islandia epidemicam aliquando noui cum XVI circiter abhinc annis, aeris iniuria longius vexante, res incolarum anguſta domi adeo facta eſt, vt familiae tenerioris fortunae, ſedes ſparſim relinquere coactae fuerint.

HINC a marita maritus, ab vtrisque liberi, omnes autem ad victum vbicunque quaerendum, ſedibus incertis vagabantur disiuncti. Liberi tunc inopia veſtimentorum, alimenti, ceteraque neceſſaria cura carentes, frigus pati inſolens, immutatis ſemper veſtibus, quicquid etiam ad cibariorum genus latiſſime pertinet, aſſumere coacti, qui annos a VI ad XX, et quod facile ſuperabat,

rabat, nati erant, tabe vniuerſali cum Phtiriaſi et Tinea capitis corripiebantur.

Qvocirca, concurrente ſimul phtiriaſi in piloſa ſuperficie capitis, cognoſcebatur malum incipiens, vbi vehementi pruritu inceperat acris ichor erumpere, ſurrexerunt cruſtulae inter capillos plus minus contiguae, quae, durante prurigine, quoties fricabatur, deceſſerunt, fricantis vnguem maculantes, relicto loco manante exulcerato.

Vbi autem vitiatum caput ferentes, repurgandi neglecta cura diutius verſabantur, incepit proſerpere malum, rubeſcere cutis, largior prorumpens ichor, denſiores breui cruſtas relinquere, ſub quibus mox ſuppuratio facta, tandem relicto ſibi malo, vlcera foetida ſatis atque profunda.

§. 3.

ORTVM docet malum a cauſa compoſita, nimirum crudis ingeſtis, materiam ab acida acrimonia peccantem ſuppeditantibus, irritantibus externe ſordibus nec non phtiriaſi, frigidioris aeris acceſſus, quantum adhuc infeſtus, nemo non videt.

SCIRE ſimul expedit, quod non ſolum infantes, verum quoque adoleſcentes, iuuenes, nonnunquam ipſos adultos infeſtat.

§. 4.

VNDE nec ſignum iſtius vitii pathognomicum latet, nempe ichoroſa capillatae cutis eruptio, in latum atque profundum exulcerando ſerpens. Quare Tineam *a*) Herpetem qvoque dixerunt quidam. Niſi ergo hanc ab illa

a) Eſt vero nomen deſumptum a vermiculo Tinea, non quidem eo reſpectu, quod aliquando

illa §. 1. diſtinguas, vix intelligi poterit, cur BLANCARDIVS, ſi divtius durent Achores, et tardius ad curationem disponuntnr *b*). EBERHARDVS ſi in capite ſubſint cruſtae lacteae, vlcera manantia foetida, Tineam dixerint *c*). Cur Achores in benignos et malignos diuiſerit JVNCHERVS *d*). Cur vitium variam adeo prae ſe ferat faciem, vt nunc im-

A 4 peti-

quando adſit phtiriaſis, vt obtrudere contendit BLANCARDIVS, (tunc enim datur caſus complicatus) ſed per analogiam, vti ſc. iſte veſtes ita in capite acris ichor erumpens, cutim erodit atque exulcerat. Islandice audit Geitur vel in ſingulari Skridgeit a verbo ſkrida, ſerpere.

b) Eiusd. Lexic. med.

c) Conſpectus medic. theoret. p. 2. Halae 1761.

d) Conſpectus Chirurgiae tam med. quam inſtrum. Achores itaque malignos ad Tineam refero.

petiginem nunc Herpetan Eſtiomenon fere dixeris, contagioſum *e*) quippe, epidemice graſſetur et ſ. p.

§. 5.

Liqvet hinc qvoque ſpecies, in quas auctores Tineam diſtinxerunt, non eſſe diuerſas, ſed varios ſaltim gradus vitii vnius eiusdemque *f*).

§. 6.

e) Conf. Profeſſ. experientiſſ. Callis. inſtit. Chirurgiae hodiernae. Lib. II. pag. 428. Vlcera ſerpiginoſa ob fermenteſcentem ipſorum indolem, haud raro eſſe contagioſa, teſtatur Jvnchervs, idque ſeſe exſerere mediantibus veſtimentis, etiam ſerpendo in vicinas partes ſanas ex loco affecto; eiusd. Conſpect. Chirurgiae tam med. quam inſtrum.

f) Tales tres leguntur; vbi nempe exaſperata ſquamis aridis cute capillata, dum ob pruritum ſcalpitur, eaedem ſine vlcere deci-

§. 9.

Sedem habet in cute, huius nimirum glandulis, in quibus humor acris a variis causis factus, erumpit, pustulas squamas, tnbercula vlcera excitans, inueterato malo, adsuescit quasi humor largius euacuari, etiam a quocunque externo irritante, citius serius dispargit vlcera, pro squamis mox densiores formans crustas, cumque his semper magis additur, a collecto intus ichore, transitum isti simul negant, qui mox

A 5 inde

decidunt farinae similes, dixerunt *Tineam siccam*, vbi autem rubra et inflammata cute maiores squamae et quasi crustae soluuntur, vlcere relicto Tineam ficosam; Quando autem profundioribus vlceribus absque pruritu s. cruentantibus s. saniem manantibus etiam densiores crustae tolluntur, Tineam humidam lupinosamue dixerunt, v. Allen Synops. vniu. med. Francof. et Lips. 1753. Conf. Blanc. Lexicon med.

inde ſolito acrior, rancidus tamen fit ac putris, malum producit (§. 2.) deſcriptum.

§. 7.

Nascitvr itaque ab omni, quod materiam acrem (§. 6.) in caput ciere poteſt ſ. interne in vniuerſis humoribus, vti ſalſum ſcorbuticum, venereum, a crudis ingeſtis fabricatum acre quodcunque, ſ. externe per contagium attractum, vel num aliquando in ipſo enchephalo, nimia quippe pituita abundante, fontem agnoſcat. Certo ſaltim conſtat in quibusdam adultis herpeticam pergere capitis capillatae eruptionem, etiam a parentibus ad proles labem propagari, ſubito quoque ſuppreſſam conuulſiones ipſamque mortem creare, et vlcera capitis reuocata ſubitum leuamen teſtari *g*).

Nec

g) Conf. illuſtr. Sviet. Comment. Tom. III. pag. 421, 22, 34.

Nec omittendum eſt dari metaſta-ſes, per quas miasma virulentum ex reliquo corpore ad caput deferri poteſt, quemadmodum poſt febres malignas *h*) vlcera ſuppreſſa, Tineam naſci notatum eſt *i*).

Neqve ratio latet in infantibus, quibus nempe glutinoſa acidaque lympha eruptiones excitat, ſpeciatim capitis Achores iſtos benignos dictos, vt et Fauum *k*), quoties in ſerpiginoſam exulce-

h) Vide celeberr. Prof. Callisen Chirurg. hodiern. Lib. II.

i) Juncheri Conſpect. Chirurg. tam med. quam inſtrum.

k) Diſtinctionem inter Achores et Fauum Cruſtam Lacteam, atque Tineam, omnium optime ſuppeditant. Callis. Inſtitut Chirurg. hodiern.

ulcerationem, declinant, donec pertinax satis malum mira vlcera relinquit *l*), idque vel negligentia nutricum, curatione peruersa, causis quibusuis allatis supra §. 3.

§. 8.

Ex quibus vt et supra dictis intelligitur vitium, eius varius status incrementi, locus affectus, causae, etiam quod omni aetati, cuique vitae generi maxime eueniat, quare maciei aut tabi se

l) In Comment. illustr. van SVIETEN, T. II., tristis legitur casus, vbi Tinea caput infantis cuiusdam vitiatum adeo effecerat, vt erosa fere penitus bregmatis ossa fuerunt, quaeque, licet iam mundata, per plurimos tamen menses eundem spargebant foetorem, quem in viuo adhuc infante fere intolerabilem perceperunt omnes, qui adfuere.

ſe complicet, cur hoc infeſtatis oculi hebetes atque triſtes, dolor capitis, et decolor in modum icterícorum, epilepticorum chloroſi laborantium.

§. 9.

Prognoscitvr, quid metuendum, ſi vel acris materia importune corrigatur, vel ſi per valida nimis medicamenta retropellatur, hoc cur diris adeo viam ſternit malis, vti aſthmati conuulſiuo *m*), Ophtalmiae *n*), Rachitidi *o*), Epilepſiae *p*), Parotidibus *q*).

§. 10.

m) Quod gratus debeo praelectionibus Celeber. Prof. Thode.

n) Vide Platneri Inſtit. Chirurgiae.

o) In ſpecie infantibus. Vide van Sviet. Comment. Tom. V.

p) Eiusd. Tom. III.

q) Vid. Jvnckeri Cónſpect. Chirurgiae.

§. 10.

Qvorvm §. 8. et 9. cognitionem curatiua exigit intentio, pro vario vitii ſtatu graduque dirigenda, ad moderandum ſaltim hoc, vel radicitus tollendum.

§. 11.

Ad curationem itaque conferunt interne purgantia, lympham corrigentia; externe quaecunque acrem ichorem temperant, abſorbent, vlcera quando adſunt, maturant, digerunt, exſiccant, ſemper ratione habita ad mundandum radendumque caput r).

r) Extrinſecus nil vtilius putat Celeberrimus Platnervs, tanti quoque mundandi curam aeſtimat, vt in omnibus vitiis, quibus cutis infeſtatur, obſeruandam eſſe

ſuadeat

ſuadeat moneatque; vide eiusd. Inſtit. Chirurg. pag. 516. In hoc itaque malo ſpeciatim iubet ſquamas etiam craſſiores radendo ita tollere, vt vlcera cruententur, et dari medicamenta ab initio nulla, poſt quae leniter reprimunt. In recenti malo, et quidem ad acrem humorem eliciendum proficuum videtur, ſi lavetur e lixiuio ſaponis veneti, calido, locus affectus, et poſtea tegetur emplaſtro aliquo aromatico, v. gr. ex vna parte emplaſtri veſicatorii, octo partibus emplaſtri de Labdano v. Meliloti permiſto. In diuturniore malo quantum ſit praeſidium in bulbis capillorum euellendis legi-meretur citatus Profeſſ. Celeberr. Callisen. In Colluuie vlcerum ſanguinea, tentandum erit, quid iuuerint Hirudines applicatae, in ſeroſa vero ſatius foret Setaceum in nucha inſtituere, quam validis reprimentibus vti. Ad vlcera

porro

porro ſananda vt et cruſtam tollendam, nec deſunt remedia ab Auctoribus magni nominis, vti ETMVLLERO, HOFFMANNO, JVNCKERO etc. praeſcripta, quae vero omnia hic recenſere tam Spatii quam temporis anguſtia vetat.

Tantum.